

I. N. 7.

# THESES MISCELLANÆ,

QUAS,

*Consentiente Ampliff. Facult. Philosoph. in Reg. ad  
Auram Academia,*

PRÆSIDE

*MAXIME REVERENDO atque CELEBERRIMO VIRO,*

D:<sup>NO</sup> ISAACO  
ROSS,

S. S. L. L. PROFESS. REG. & ORD.

FAC. PHIL. H. T. DECANO

Pro GRADU,

*Publico examini subijcit*

JOHANNES WEGELIUS, H. F.

OSTROBOTNIENSIS,

V. D. M.

In Aud. Majori Die XIII. Februarii An. MDCCLX.

H. A. M. S.

---

ABO Æ, Impressit DIRECT. & TYPOGR. Reg. Magn. Duc.  
Finland. JACOB MERCKELL.

THES. VI.

**R**ecte eos monuisse censemus, qui contendunt linguam Lapponicam e pluribus lingvis confarcinatan esse.

THES. VII.

**S**piritum Sanctum in Scriptura Sacra ad captum vulgi, licet non erroneum, locutum esse, tuto affirmamus, immo, ingens in eo sapientiæ & bonitatis divinæ argumentum situm esse, firmiter credimus.

THES. VIII.

**O**ptime fundata est distinctio inter veritatem opticam & physicam.

THES. IX.

**Q**ui fluxum & refluxum maris, dum Moses, cum populo Israëlitico, per mare rubrum ambulavit, secundum consuetas naturæ leges exstitisse, aut eclipsin solis, quando

quando Salvator noster benignissimus cruci affigebatur, mere naturalem fuisse, sibi & aliis persuadere conantur, næ illi oleum & operam perdunt.

THES. X.

**D**E præstantia scientiarum multum & morose disputare, idem est ac quæstionem movere, utrum cibi an vestimentorum major necessitas.

THES. XI.

**S**ensum Scripturæ Sacræ ubique non nisi unicum esse certo certius asserimus.

THES. XII.

**M**aximum commodum reipublicæ adferret, si Sacerdotes ruri habitantes in Medicina versati essent.

THES. XIII.

**O**mnem autochiriam illicitam esse contendimus.

THES. XIV.

THES. XIV.

**A**Bsque societate civili infelix vita humana est censenda.

THES. XV.

**U**T matrimonium sit perpetuum seu per omne vitæ tempus duret, id omnino finem conjugii requirere, affirmare non dubitamus.

THES. XVI.

**E**Rrant Physici antiquiores, dum corpora in locis suis non gravitare, existimant.

THES. XVII.

**N**Ivem, glaciem & montes egregiam utilitatem habitantibus in septentrione præbere nemo neget.

THES. XVIII.

**T**Ritum vetustate proverbium: *quilibet est faber*

*faber fortunæ suæ, non semper firmo stare talo contendimus.*

THES. XIX.

**Q**ui omnes lapides crescere negant, non satis perpendunt, quid urgeant.

THES. XX.

**P**ro ratione constitutionis temperamentorum, fumum herbæ nicotianæ usurpandum esse, contendimus.

THES. XXI.

**A**d Justitiam DEI vindicativam, contra ejus impugnatores defendendam, non parum conducit, probe inter justitiam ipsam & ejusdem exercitium distingvere.

THES. XXII.

**D**ari in hoc universo vacuum absolute tale & quidem disseminatum argumentis firmissimis demonstrari potest.

Potest

THES. XXIII.

**P**Otest aliquis verus Theologus dici, licet simul non sit practicus.

THES. XXIV.

**D**Eus nominaliter definiri potest.

TANTUM.

